THESAURUS RECONDITUS

QUEM

QUI QUÆRIT, INVENIET,

ID EST:

VIII. CONCERTI IN GROSSO,

à

Violino Principale, Viol. I. Viol. II. Alto Viola, Violoncello & Organo.

Authore

Joann. Paul. Schiffelholz,

Eccleſiæ Parochialis & Academicæ ad Divam Virginem Specioſam civitatis principalis ac fortalitii Ingolſtadii Chori Rectore.

ORGANO.

OPUS I.

AUGUSTÆ VINDELICORUM,

Typis & ſumptibus JOANNIS JACOBI LOTTERI, Anno MDCCXXVII.

ZR 378/4

V 1764/70

MAGNÆ COELORUM REGINÆ,

ÆTERNI PATRIS FILIÆ,

INCARNATI VERBI MATRI INTEMERATÆ,

SPIRITUS SANCTI SPONSÆ SPECIOSISSIMÆ.

VIRGINI SINE LABE CONCEPTÆ, MUNDI DOMINÆ POTENTISSIMÆ &c.

MATER INTEMERATA, VIRGO SPECIOSISSIMA.

QUòd tuo potiſſimùm Specioſiſſimo Nomini haſce laborum meorum primitias nuncupem, uti non uno me nomine obſtrictum ſentio, ita nec uno etiam titulô me animatum profiteor. Tu una es, quæ dediſti vires, Tu, quæ animum inſpirâſti, ut hoc quodcunque operis in me auderem ſuſcipere: Tu imbecillitatis meæ conſcientiâ identidem reſtitantem ſtimulâſti, immemorem me eſſe nunquam paſſa, Te volente, Teque juvante me facilè

cilè effecturum, ad quæ tuo ſine præſidio, Tua ſine manuductione, ac Magiſterio ingenia etiam feliciſſima nunquam eſſent eniſura. Tuum proin Tuóque nomini Sacrum eſſe debuit, quod tuo præſidio adjutus protuli: forémque mortalium omnium longè ingratiſſimus, ſi de modulis hiſce meis muſicis ulli præter te alteri conſecrandis auſus eſſem vel cogitare, dum me tot annîs in templo Tuis poſt Deum honoribus dedicato Tuas laudes & canentem & ſonantem clementiſſimè ſuſtinuiſti. Suorum quidem nævorum hi moduli muſici ſibi conſcii ſunt (nam quis dignè Cœlitûm Laudes reſonet) at hôc ipsô Lucem ut aſpicerent tutiùs, de Luce ampliſſima, de ſummo potentiſſimóque nomine circumſpiciendum ſibi duxêre; confiſi nimirum, ſatis amabiles ſe fore, ſi gratiam à Virgine Specioſa mutuarent: gratiam qualisqualis hæc opella ſperat Tuam, cùm ſciat perbenè, omne id, quod divinas laudes reſonat, Tibi eſſe longè gratiſſimum. Aut quid aliud ſibi volebat illa præſentia, qua pſallentium Religioſorum choris intereſſe dignata es? illa lætitia, qua incedebas, cùm rectè omniá in Sacris hiſce odæis fieri animadverteres? illa dulcedo, quâ maximè in hác rè ſedulos es complexa? quid, inquam, hæc voluêre, quàm ut indubitatum omnibus eſſet, Te illis modulîs, quibûs Dei Laus reſonat, unicè delectari. Patere igitur, Clementiſſima Domina, Tuo potiſſimum ſub præſidio hoc meum prodire opuſculum: dignare id clementiſſimè Tuo fovere patrociniô, ſub quo ſecurè Lucem aſpicient. Ita precor humillimo & ardentiſſimo corde, qui tuis honoribus, laudibúsque cantandis & reſonandis totus ex aſſe æternùm devinctus vivo.

Tuus

Clientûm & Famulorum infimus

Joannes Paulus Schiffelholz.

ORGANO.

Adagio.
Allegro.

Adagio.
Concerto II.
Allegro.

Largo.
Allegro.



Adagio.
Concerto III.
Allegro.
Volti subito.

S.
S.
R.
74
Adagio.
6. Presto.

Adagio.
Allegro.
Volti ſubito.

Allegro.
Concerto IV.
S.
R.
S.
Volti ſubito.

R.
S.
R.
Adagio.

Allegro.
Volti ſubito.

80.
Andante.
Concerto V.
Volti ſubito.

piano.
forte.
Adagio.

Allegro.
Volti ſubito.

145.
Adagio.
Concerto VI.
Allegro.

12

13

R.
S.
R.

Adagio. Alla breve.
Concerto VII.
Allegro.

Adagio.
Allegro.

Allegro.
Concerto VIII.
Adagio.

FINIS.